UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Tripartita Demonstratio, Worin Augenscheinlich wird vorgestelt/ Daß Die Stadt Hildesheim von Jhrem Anfang biß hiehin den Herren Bischöffen Als jhren Landts-Fürsten/ Gleich anderen Municipal-Städten ...

**Hildesheim, A[nn]o 1691.**

Num. 81. Protectorium Caroli Quinti pro Episcopo Balthasare & Diœcesi Hildesiensi de Anno 1530. 20. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38409

Visual Library

alles / und ſo viel jhnen genommen habt / wiederumb zuſtellet / die Relegirte
und vermeintlich Verwieſene / verfäſtete / Geiſt- und Weltliche Perſohnen
wiederumb einfordert / und einkommen laſſet / die gefangene Jungfrawen
mit gebührlichem Abtrag ohne einiges Wiederen und Aufftziehen / ledig / und
das Thumb-Capitul und gemeine Clerisey, auch ſonſt Männiglich bey jh-
ren alten Freyheiten umbeträngt und ungeirret bleiben laſſet / euch nach der
alten löbl: Religion, Glauben / Ceremonien und Gottes-Dienſten / ſo lang
durch ein gemein Chriſtliches Concilium, oder ſonſt ordentlicher Weiſe ein
anders geordnet wird / richtet / und haltet / auch obgedachtem Biſchoff
zu Hildesheim als eweren Natürlichen von GOtt gegebenen
Herrn und Landts-Fürſten ungeachtet vermeinter ewerer Schutz-
Ergebung / oder Verbündtnuſſen in Geiſtlichen und zeitlichen
Sachē ALLEN billigen und ſchuldigen Gehorſamb leiſtet / und euch
der mit nichtē wiederſetzet noch verwiedert / in keine wege oder weiſe /
alles bey Vermeydung Unſerer ſchwehren Ungnade und Straffe: Darbey
an beſchicht Unſer ernſtlicher Will und Meinung; Geben in Unſerer und des
Reichs Stadt Wormbs am 6ten. Tag des Monahts Augusti nach Chriſti
Geburt 1543. Unſers Käyſerthumbs im 23. und Unſerer Reiche im 28ſten.
Jahren.

*CAROLUS.*

## *Num.* 81.

## *Protectorium Caroli Quinti pro Epiſcopo Balthaſare & Diœceſi Hildeſienſi de Anno* 1530. 20. *Septembris.*

CArolus Quintus, Divinâ favente Clementiâ Romanorum Im-
perator Auguſtus, ac Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, &c. &c.
Recognoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis:
Quoniam Nos ad hoc ſummi Principatûs, & ſacro-ſanctum
Chriſtianorum, cujus Deus Optimus Maximus Author eſt, Im-
perii culmen, eâ potiſſimum ratione ipſius providentiâ ſumus evecti, ut
pacem & tranquillitatem omnium fidelium Noſtrorum procuremus, &
præcipuè Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, omni curâ in-
cumbamus, ut & ipſe, & earum membra, & ſubditi in Privilegiis, liber-
tatibus, conceſſionibus, & immunitatibus, ac juribus ipſorum, conſer-
ventur illæſæ; Itaque, cum venerabilem *Balthaſarem Hildeſemenſ.* & Con-
ſtantienſ. Eccleſiarum *Epiſcopum*, & Adminiſtratorem Principem ac No-
ſtrum per Germaniam Vice-Cancellarium, devotum, dilectum in ſin-
gulari gratiâ, & commendatione Noſtrâ habeamus, propter multiplicia
bene merita ſua, non ſolum in Nos ſacrumque Imperium, ſed etiam in
Orthodoxam fidem, atque ſedem Apoſtolicam, pro cujus incolumita-
te, dignitate, authoritateque reſtituendâ, adſerendâ, conſervandâque
ſtrenuè omnem operam per varia munera (neque absq; vitæ, nedum
periculorum, quæ ſubiit diſcrimine) impendit, quorum potiſſimum ra-
tione

tione tum à ſacro-ſanctâ Sede præfatâ, tum à nobis ipſis quoque ad nominatas Epiſcopales Eccleſias promotus eſt, quod illæ præſentium temporum calamitatem, inſigniter perpeſſæ, talem Præſulem omnino deſiderabant, cujus induſtriâ ſingulari, labore aſſiduo, prudentiâ non vulgari, eâdemq; dexteritate ad priſtinam aliquando dignitatem ſtatumque aſſurgere, velutq; poſtliminiò reverti poſſint, ad quæ Nos quoque partes favoris, auxilii, atque gratiæ noſtræ Imperialis, cum ex officio Noſtro, tum intuitu ejuſdem Vice-Cancellarii Noſtri, quod illius Perſona invicto labore, pervigili curâ, ſpretisque imminentibus periculis, nihil non ſibi à Nobis injunctum, pro Noſtro, ac ſacri Imperii honore, atque profectu, peragere adnixus ſit, atque in horas adnitatur interponere volentes, motu proprio, ex certâ Noſtrâ ſcientiâ, *præfatam Eccleſiam Hildeſemenſem*, ejusque Epiſcopum, Præpoſitum, Decanum & Capitulum, omnesque Beneficiatos inibi exiſtentes cœterasque Eccleſias ſecundarias, & quæcunq; Religioſa, piaque loca & templa, etiam regularia, atque univerſum Clerum tam in ipſâ Civitate conſtitutum, & conſtituta, *ipſamq́; jam dictam Civitatem, eidem Epiſcopo ſubjectam*, illiusque Magiſtratum, Conſulatum, Scabinos, Cives, Populumque & plebem univerſam, pro tempore, exiſtentes & exiſtentem, cum earundem Eccleſiæ, Diœceſisque ejus ac Civitatis, & Diſtrictûs, ſive territorii ſui perſonis, locis, rebus, bonis, juribus, jurisdictionibus, oppidis, caſtris, caſtellis, villis, villagiis, ſervitutibus, emolumentis & proventibus, qualibuscunque colonis, vaſallis, hominibus, ſervitoribus, familiaribus, civibus, incolis, inhabitatoribus, tam præſentibus quam futuris, quocunque juſto titulo, & nomine hactenus tam tentis & poſſeſſis, quam ab ipſo, ſive Eccleſiâ ſuâ violenter occupatis & amotis, & impoſterum tenendis & poſſidendis, cujuscunq; generis, ordinis, gradus, ſtatus, conditionis, qualitatis, & nominis fuerint, cenſeantur & reputentur, in & ſub noſtram, atque Succeſſorum noſtrorum in Imperio Regum, & Imperatorum certam, indubitatam, efficacem, & ſpecialem protectionem, defenſionem, tuitionem, ſalviguardiam, cuſtodiam, curam, brachium, & triumphalis ſigni noſtri Romanorum Aquilarum umbram perpetuam ſuſcipimus & aſſumpſimus, prout ſuſcipimus & aſſumimus per præſentes, omni meliori formâ, modo, ordine, conditione, quibus melius, validiusq; poſſumus, de noſtræ Imperialis poteſtatis plenitudine: Ita quod præfati *Epiſcopus*, *Eccleſiaq́; ejus* Præpoſitus, Decanus & Capitulum cum omnibus inibi beneficiatis totaque Diœceſis, & univerſus Clerus illius, *nec non & ipſa EJUS Civitas Hildeſimenſis, ejusq́; pro tempore, Magiſtratus, Conſulatus, Scabini, populusq́; & ſubditi omnes reſpectivè quam diu perfidiæ Lutheranæ non adhæſerint, & in obedientiâ dicti Balthaſaris Epiſcopi & Succeſſorum ſuorum ac Eccleſiæ Hildeſimenſis permanſerint, ab illiusq́; debitâ fidelitate ac devotione non receſſerint*; una cum, locis rebus & bonis, ut præmiſſum eſt, omnibus & ſingulis immunitatibus, Privilegiis exemptionibus, favoribus, gratiis, prærogativis, & indultis gaudeant, utantur, potiantur & fruantur, quibus Perſonæ, res & bona nobis & Sacro Imperio immediatè ſubjecta, in genere vel in ſpecie utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt, & poſſunt, contradictione & impedimento ceſſantibus quorumcunque, volentes, ac decernentes præſenti noſtro Imperiali Edicto, in perpetuum valituro, quod univerſi & ſinguli, tam noſtri, quam Sacri Imperii, & regni ſubditi, cujuscunque etiam dignitatis, ſtatus, gradus, authoritatis, ordinis, præeminentiæ

nentiæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nentiæ vel conditionis, etiamſi Electores Sacri Romani Imperii Spirituales vel ſæculares, vel alii quicunque Principes, Duces, Comites, Barones, civitates, communitates, univerſitates, oppida, aut villæ fuerint, & præfatum *Balthaſarem Epiſcopum, Eccleſiamq́ Hildeſemenſem* Præpoſitum, item Decanum & Capitulum, unâ cum inibi beneficiatis, cæterasq; Eccleſias ſecundarias, & quæcunque alia religioſa, piaque loca, & templa etiam regularia, atque univerſum utriusq; ſexus Clerûm, tam in ipſâ civitate, quam Diœceſi Hildeſimenſi conſtitutum, & conſtituta, ipſamq; jam dictam Civitatem Hildeſemenſem, illiusque Magiſtratus Conſulatum, Scabinos, Cives, Populumque & omnem plebem pro tempore exiſtentes, & exiſtentem ſic in noſtram & Sacri Imperii protectionem, tuitionem, Salviguardiam, curam tutelam & defenſionem acceptos & aſſumptos, nec non accepta & aſſumpta, in eorundem perſonis, juribus ſive corporalibus, ſive incorporalibus, & jurisdictionibus, bonis, item & conceſſionibus, donationibus libertatibus indultis, & gratiis, emolumentis, proventibus, reditibus & cenſibus ad illos ſeu illa quomodolibet reſpectivè ſpectantibus, quorum omnium & ſingulorum individuam mentionem, veluti ſi præſentibus inſerta eſſent omninò habere volumus pro expreſſis, minimè impediant moleſtent, impulſent, nec ejsdem in aliquo, contra hujus noſtræ protectionis Salviguardiæ, tuitionis & defenſionis Imperialis perpetuæ tenorem & continentiam pro quâvis cauſâ ſeu occaſione prætextu & colore, directè, vel indirectè, per ſe vel alios facere, vel venire, nec ut talia fieri permittere poſſint, valeant, & debeant, quinimò ſi aliqui eosdem Epiſcopum, Eccleſiam, & Eccleſias, locaque prædicta pia & religioſa, *nec non ipſam Civitatem Hildeſienſem ejusq́ reſpectivè ſubjectis & ſubditis, quatenus perfidiæ Lutheranæ non adhæſerint, & in obedientiâ dicti Balthaſaris Epiſcopi & Succeſſorum ſuorum ac Eccleſiæ Hildeſemenſis debitâ fidelitate ac devotione præſtiterint*, ut præfertur, eorumq; bona res, perſonas, jura, jurisdictiones, Privilegia, conceſſiones, donationes & poſſeſſiones, ſeu alia, ut præmiſſum eſt, ad eos reſpectivè communiter, vel diviſim ſpectantia & pertinentia contra protectionem, defenſionem & Salviguardiam noſtram præſentem, etiam pro quâvis cauſâ ſeu occaſione coram ſuis competentibus judicibus prius non convictis moleſtare, impugnare, impedire, damnificare, diffidare, ſeu invadere, & capere aut alias contra indulta, mores, uſusque & conſuetudines ſuas obſervatas, & uſitatas, temerè retardare, prohibere, aut quibuscunq; exactionibus, ſubſidiis, collectis, talliis, ſuperindictis, ſive aliis ſimilibus novis oneribus, ac inſolitis, & inconſuetis, etiam contra libertatem Eccleſiaſticam, & hanc tuitionem & protectionem noſtram jam forte impoſitis, ſeu etiam impoſterum imponendis, gravaminibus prægravare (quod abſit) præſumerent, aut attentarent, tales eo ipſo ſcientiâ & poteſtate, quibus ſupra volumus, & decernimus per præſentium tenorem Banno Imperiali ſubjacere, ex quo extrahi nequeant, niſi prius injuriam paſſis condignam præſtiterint emendam, & ſe, cum Cæſareo Fiſco noſtro compoſuerint, non obſtantibus quibuscunque legibus, juribus, & indultis, in contrarium â prædeceſſoribus noſtris Romanorum Regibus, & Imperatoribus, atque â Nobis ad cujuscunque inſtantiam quomodolibet conceſſis & emanatis aut impoſterum per inadvertentiam, ſeu quocunque alio modo, prætextu ſive colore concedendis, & emanandis, cum quibuscunque clauſulis derogatoriis vel derogatoriarum derogatoriis

de

de præſenti noſtro indulto expreſſam, ac de verbo ad verbum non facientibus mentionem etiamſi indulta & Privilegia hujusmodi dictis Electoribus Romani Imperii Spiritualibus vel Sæcularibus Principibus, vel aliis quibuscunque, & in favorem cujuscunque conceſſa fuerint, cæteriſque non obſtantibus quibuscunque: Nulli ergò omnium hominum liceat hanc noſtræ protectionis, defenſionis, curæ, Salviguardiæ, edicti, gratiæ, & voluntatis paginam infringere aut ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem noſtram & ſacri Imperii graviſſimam, nec non pœnam quinquaginta marcharum auri puri, pro medietate Cæſareo noſtro Fiſco, pro reſiduâ vero parte injuriam paſſi, vel paſſorum uſibus applicandam, ſe noverit ipſo facto irremiſſibiliter incurſurum: Harum teſtimonio literarum manu noſtrâ ſubſcriptarum, & Sigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum: Datum in Civitate noſtrâ Imperiali Auguſtæ die vigeſimo Menſis Septembris, Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimo, Imperii noſtri Decimo, & aliorum Regnorum Noſtrorum quinto Decimo.

CAROLUS.

Albert. Card. Mogunt.
Archi-Cancell.

*Ad Mandatum Cæſar. & Cathol. Majeſtatis proprium.*
Alexander Schweis.

## *Num.* 82.

## Citatio auff die Pöen des Landt-Friedens cum Mandato de reſtituendo & non amplius offendendo aut turbando Hildesheim gegen Hildesheim.

WIr Rudolff der Ander von Gottes Gnaden erwehlter Römiſcher Käyſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs in Germanien ꝛc.

Entbiethen Unſeren und des Reichs lieben getrewen Bürgermeiſtern Raht und gantzer Gemeinde der alten Stadt Hildesheim / beſonders aber Joachim Brandes / Wolter Knocken Bürgermeiſteren / Henrich Arnecken / und Johann Meyern / Riedemeiſtern ꝛc. Unſere Gnade und alles Gutes / liebe getrewe: Unſerem Käyſerl. Cammer-Gericht hat der Ehrwürdig und Hochgebohrner Ernſt Biſchoff zu Hildesheim / Adminiſtrator des Stiffts Freyſingen / Pfaltz-Graff bey Rhein / Hertzog in Ober und Nieder Bäyern / Unſer lieber Vetter / Fürſt und Andächtiger ſupplicirend anbringen laſſen / wiewohl in gemeinen beſchriebenen Rechten / Reichs-Abſcheiden / und außgekündeten offenbahren Landt-Frieden heilſahmlich und wohl verſehen / das Niemandts / was Würden / Weſens oder Standts der ſey / umb keinerley Urſachen willen / wie die Nahmen haben mögen / auch in was geſuchten Schein das auch geſchehe / dem anderen eigenes Fürnehmens unerlangt- und unerlaubtē Rechtens mit gewalthätiger freventlicher That vergewaltigen / in das ſeine einfallen / ſein Hauß oder Hoff einnehmen / ſeines Inhabens Poſſeſſion und gewehr ent-